HIERONYMUS. BEDA VENERABILIS
Admont, 12. Jh. Seite 49r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26202
Copyright: Admont, Benediktinerstift



scientiā n̄ latere. Mitte panē tuū sup faciē aque. quia
in multitudine dierū inuenies illū. Ad elemosynā cohor
tat̄ q̄d omni petenti dandū sit. & indiscrete faciendū
bene. Quom̄ enī q̄ sup irrigua seminat fructū expec
tat sementis. ita qui largit̄ egentib⁹ n̄ granū seminis
s; ipsū panē seminat fenore quodā multiplicationē
illi⁹ p̄stolans. & cū dies iudiciū uenerit multo ampli⁹
quā dederat repperturus. Alit̄. In q̄cumq; homine illā
aquā uideris de qua dicit̄. flumina de uentre eius flu
ent aque uiue. ne te pigeat panē sapientie panē rati
onabilē panē p̄stare sermonis. Si enī hoc frequent̄
feceris inuenies te n̄ incassū doctrinarū legisse sementē.
Tale q̄d & in esaya dictū puto; beatus q̄ seminat sup
aquā ubi bos & asinus calcant. q̄d ille magister be
atitudine dignus habeat̄ q̄ sup irriguū pectus se
minet audientū tam de iudeis quā ex gentib⁹ pp̄lo
c̄gregato. Da partē septē & quidē octo. quia n̄ scis
q̄d futurū sit malū sup terram. Et in elechiele septē
& octo gradus ad templi legunt̄ ascensū. & post ethicū
illū psalmū id ē centesimū octauū decimū quindecim
graduū psalmi sunt p quos p̄mū erudimur in lege. &
septenario numero expleto postea p ogdoadē ad euglm
scandimus. Precipit̄ g̊ ut in utrumq; instrumentum
tam uetus quā nouum pari ueneratione credamus.
Iudi dederunt partē septē credentes in sabbato. s; non
dederunt octo resurrectionē diei d̄nice denegantes.
ec̄trario heretici marcion & manicheus & omnes qui
ueterē legē rabido ore dilaniant dant partē octo sus
cipientes euglm s; eandē septenario numero n̄ tribuunt.